



## Lectori.

Quæ circa finem superioris Seculi primum  
prodit Pharmacopœa Holmiensis, nunc  
demum, editione ad hodiernam praxin  
emendatiore atque ad circumferendum  
aptiore, recuditur; ut et obediatur jussu  
Regis Sapientissimi et fiat satis desiderio  
Nostratum.

Nec dubium fore arbitramur, quin hac  
ipsa editio fini, quem Collegium Regium  
Medicum sibi habuit propositum, sit adcom-  
modata; preparatio quippe Medicamentorum,  
ubique sibi similis, ubique uniformis, co tendit,  
ut ipsa hac ars per totum Regnum sibi constet.

Lectori.

tutiusque exerceatur; præsertim quum Collegio  
id imprimis curæ fuit, ne plura permixta hic  
enumerentur, quam quæ publicæ necessitati  
respondant, suaque puritate, quam ars nostra  
cum reliquis præsentis seculi communem habet,  
se commendent.

Quod si unum alterumve huic titulo non  
respondeat, id vulgi opinioni omnino acceptum  
ferendum, cui suum quoque competit jus, sed  
quod simul speramus, paulatim antiquatumiri.

Id vero ignorari non op̄ortet, collata  
nomina eorum, quæ non absque prægnante  
ratione novata voluit Collegium, in Indice  
esse exhibita; op̄itorum tamen veteres doses  
in omnibus esse servatas, ut in re tanti momenti  
omne errandi abesset periculum.

Religioni de cetero sibi duxit Collegium ab  
ullius, nisi nostratis immo totius orbis in  
Scientia Botanica Preceptoris auctoritate, in

*Lectori.*

denominatione Specierum pendere; nec reti-  
cendum arbitramur, quosdam e Regii Collegii  
Membris Artisque Pharmaceuticæ Cultoribus,  
Præsidi ac Salubris Consilii Nostri Assessoribus, soci-  
am laude que dignissimam commodavisse operam.

De ponderibus hic usitatis sciri volumus;  
in LIBRA pondus Unciarum duodecim esse, seu  
7416 Asses troicas; in UNCIA Drachmas octo;  
in DRACHMA Scrupulos tres; in SCRUPULO  
Grana viginti. GRANUM autem pondere fere  
æquale est Assi aurifabrorum et Assi troicæ  
 $1\frac{5}{8}\frac{7}{8}$  respondet.

Hæc pondera liquidorum portionibus æque  
ac solidorum determinandis inserviunt; Aqua  
vero pura communiter mensurari solet vase  
idonea, quod ita factum esse debet, ut libra  
et Uncia, pondere respondeant dictis Libra  
Mediceæ divisionibus. CONGIUS autem liqui-  
dorum, Libris octo pondere æqualis est.